



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 3. Verba Dei amore plenissima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

bus nostris, cum certa persuasione nos ab eo regi infinitâ Sapientiâ, æquitate justissimâ, amore supremo, adeo ut nullus Pater, nulla mater secundum carnem; unquam habuerit tantam sollicitudinem pro bono filiorum suorum, quos tamquam viscera sua tenerimè diligebant, quantam Deus habet curam profectus nostri, incrementi rerum nostrarum, commodorum atque emolumentorum.

§. III.

Verba Dei amore plenissima.

Audite me, inquit Deus per Prophetam, Isai. 46. *audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à meâ vulvâ, usque ad senectam ego ipse & usque ad canos ego portabo ego feci, ego feram, ego portabo & salvabo* Et alibi 49. *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te* Et iterum alibi Jerem. 31. *Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus; quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum miserans miserabor eius.* Diseres Patrem loqui, qui in-

fa

sano amore diligit filium suum in quibus
 cogitationes omnes, affectiones, consolatio-
 nesque perpetuo defixas habet, sine quo
 videre quidquam delectat, nec delectari
 bet nisi cum illo, de quo cum loquitur,
 amore excœcatus nescit quid dicat.

§. IV.

*Quidquid nobis acciderit, tanquam optimum
 de manu Dei accipiendum.*

ET dubitabit adhuc quisquam de tam
 regulari Dei in homines charitate? an
 re poterit ne scorpionem ab eo accipiat
 ovo aut pro pane lapidem? Aut quis autem
 murmurare & queri de infinita ejus boni-
 & sapientiâ quod inæqualiter bona huius
 tæ dispertiat, sciens id non improvidè ab-
 fieri, sed spectari majus bonum cuiusque
 quod semper intendit. Quid ergo refert
 unus præ altero honoribus excellat in
 mundo, ille sanitate gaudeat, iste morbo
 fligatur, alius divitiis affluat, alius pauper
 prematur & inopiâ? *Hæc omnia operatur
 atque idem spiritus dividens singulis
 vult, ut in re simili pronuntiat Apostolus*
 non enim alium finem respicit Deus in
 suorum distributione bonorum quam
 sectum & emolumentum nostrum, in